Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

filii di de quo dns ait. uidebam satanan. sicut fulgur
de celo cadentem. pscutus ē mulierem. que peperit
masculum idē pplm. fortem. sicut fuerunt sci mar-
tyres. qui ante potuerunt mori. quā a fide di seperari.
Persecutus ē quippe hanc mulierem. in ipsa adolescen
tia. quando interfecit abel. Sed hanc post aduentū
filii di acrius psequi aggressus ē. & ad argumenta
pscutionum callidius semetipsum conuertit. alios
p membra sua crucifigens ut petrum. alios lapidib;
obruens ut stephanum. alios igne consumens ut
laurentium. alios quoq; serpentib; tradidit. ungu
lis laniauit. in mare precipitauit. & p uaria instru
menta similiu transire coegit. Et hec quidem fecit ligatos.
sed uehementius contra eam assurget quando damp
natum hominem ingredietur: & pugnabit tormen
tis. & falsis miraculorum signis. ita ut in errorem
ducantur. si fieri potest etiam electi. Quorū tanto
robustior. tunc erit constantia. quanto inmanior
pscutorū sentencia. Et date sunt mulieri due ale
aquile magne. ut uolaret in desertum. in locū suū.
In duab; alis mulieri datis. duo intelligunt
testamenta. & duo karitatis precepta. in quib;
tota lex pendet & pphete. siue etiam actiua
& contemplatiua uita. Quibus acceptis. facta ē aqui
la. petens p matutis contemplationē celestia. iuxta
illud apli. Nra conuersatio in celis ē. Sic enim dicit
date sunt mulieri due ale aquile magne. tamquam
diceret. Hoc donū ipsa mulier meruit ut aquila
magna efficeret. Desertus autem locus. corda sicq;